retineseius sed ut manifestetur opera di
in illo, In qua manifestatione quid agitur
nisi ut flagello meritorum uirtus au
geatur, et cum nulla praeterita iniquitas
tergitur: magna de patientia fortitudo
generetur, Omnipotens deus praue agen
tibus non solum uentura supplicia reser
uat sed eorum corda hic etiam ubi delin
quunt poenis implicat, ut eo ipso quo pec
cant semetipsos feriant, Ut semper tre
pidi semperque suspecti mala ab aliis pati
metuant quia se aliis fecisse memine
runt, Qui ita percutiatur ut uiris illius hac
percussione superetur, Non hunc dominus ia
quasi filium per disciplinam sed quasi hos
tem per iram ferit, Cum uis tutem nostre
patientiae flagella transeunt / ualde
metuendum est ne peccatis nostris exigen
tibus non quasi filii a patre sed quasi hostes
ad non feriamur; XXIIII. De percus
sionibus uariis mundi,

Quidam diligunt ex mundi fine
uel percussione gaudere atque hi
larescere iubentur, quia uide
licet eum quem amant mox inueniunt /
dum transit is quem non amauerunt,
Absit. ne fidelis quisque deum uidere non
desideret et de mundi percussionibus luge

at quem finiri eius ipsius percussionibus
non ignorat, scriptum est, quicumque
uoluerit amicus esse saeculi huius inimi
cus dei constituitur, qui ergo adpropin
quante mundi fine non gaudet /
amicum se esse illius testatur, ac per hoc
inimicus dei esse conuincitur, Absit hoc
a fidelibus cordium ut de mundi fine non
hilarescant, Absit ab his qui et esse aliam uitam
per fidem credunt et eam per operationem
diligunt, ex mundi distructione lu
gere eorum est qui radices cordis in
eius amore plantauerunt, qui sequen
tem uitam non quaerunt quia illam neque
esse suspicantur, nos qui illa caelestis pa
triae gaudia aeterna cognouimus. fes
tinare ad eam quamtotius debemus,
Optandum nobis est citius pergere atque ad illam
uitam felicitatem perpetuam peruenire;
quibus malis mundus non urguetur.
quae nos tristitia aduersitatis non an
gustat, quid est uia mortalis nisi uia et
qualis sit summopere perpendamus in labore
uiae lassescere et tamen eandem uiam
nolle finire, quod enim calcare mundus
ac despici debeat / redemptor noster
prouida conparatione manifestat,
Cum in euangelio dicit, Uidete ficulnea

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0353